UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Margarita Philosophica cu[m] additionibus nouis

**Reisch, Gregor**

**Basilee, 1517**

**VD16 R 1040**

Nonus Originem primordiale[m] [et] productione[m] omniu[m] reru[m] naturaliu[m] ta[m] simpliciu[m] q[uod] mixtaru[m] explanat. Alchimie p[er]teres principia [et] auctores co[m]memora[n]s/ lechmistas ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30660**

Visual Library



## Liber Nonus. De origine rerum naturaliū. De difficultate huius ꝑtis phie. Ca. I. Diſ.

M Iro breuitatis ordine dum naturā definis: definitionis particu-
las ſingulas/ſingula queq (vti ſpoponderas) rerum natnraliū
principia cauſas atq elementa/inſuper mutationis ſpecies/ et
que ad has neceſſarie ſunt ſunt tꝑis et loci ꝯditiones: breuibus q̄dem/ſed pre-
gnantibus ſententijs explicaſti. Nunc itaq ꝓmiſſoꝝ ordo expoſtulat: vt ad
modum quo cuncte vniuerſi ſpecies in eſſe ꝓdeant ac perſiſtant particulari⁹
deſcendas. Mag. Omniū vniuerſi ſpecierū primordia particularius deſcri-
bere/nō eſt inuentionis humane: ſed donū eius qui omnia verbo virtutis ſue
ex nihilo creauit. Hoc donū ſapiens ſe a deo accepiſſe commemorat dicens: Sap. vij.
Ipſe enim dedit mihi horum ſcietiā veram que ſunt: vt ſciam diſpoſitionē or-
bis terrarū: et virtutes elementorū: initium et conſummationē et medietatē
temporum: viciſſitudinū permutationes et ꝯſummationes temporū: et morū
mutationes: diuiſiones temporū: anni curſus et ſtellarū diſpoſitiones: natu-
ras animaliū et iras beſtiarum: vim ventorū/et cogitationes hoīm: differē-
tias virgultorum et virtutes radicū. et quecunq ſunt abſconſa et improuiſa
didici. Sed vnde didicerit oſtendit dicēs: Omniū enim artifex docuit me ſa-
pientiā. Qui vero id aggredi ꝓprijs viribus conati ſunt/defecere: ⁊ poſt la-
bores innumeros/non tam certa q̄ diuerſa poſteris legenda conſcripſerūt:
quorum multitudo ſi in vnū congeſta fuerit/rudem animū deſperationis ia-
culo confoſſum/inanem/ieiunū/aridumq retrocedere compellit. et dum al-
ter alterius ſententias aut veritatis amore (quod rariſſimū eſt) aut arrogā-
tie inuidieq ſtimulis agitat⁹ (quod plurimū fieri ſolet) carpit: lectorē quem
iuuare debuit/ab eo cognitionis gradu quē non ſine ſudore conſcenderat deij-
cit. Fitq vt nobiliores ſcientie anilium fabularū numero ſupputate: ꝓfeſſo-
res ſuos non (vt olim) laudibus efferant/ſed contumelia affectos delyros ex-
hibeant. Diſ. Manifeſta quidem hec. Sed nec mihi horū diſceptationes
cure erunt ſi pauca haurire poſſum: quibus animū meum ſimul et oblectare
et ad altiora conſcendentem fulcire valeam. laborem igit̄ iſtum ſubire haud
graueris velim.

## De origine: ratione: nomine: et numero elementorum. Capitulum II Magi.

O Reator omniū deus glorioſus volens res ab eterno cognitas ꝓdi- Geñ. I.
re in eſſe/earundem vnam in principio materiā informem creauit:
quam vt premiſimus Moſes terrā inanem et vacuam/ abyſſum et
aquam: Anaxagoras vero chaos confuſum appellat: ex quo vt idem aſtruit
diuino superueniēte intellectu/quattuor prodiere elementa: que omniū mix-
torum de quibus nunc agimus/ materialia ſunt principia. Ex his enim mu-
tua actione nunc elementorum partes: nunc mixtorū diuerſe ſpecies erūpunt
Primum aūt de illis: de iſtis vero poſterius diſſerendum. Prius aūt que ele-
menta et horū naturas cōmemorare oportet. Diſ. Sane. Mag. Elemen-
ti definitionē a philoſopho. 5. meths. dilucidatā ſi attendimus: non multa/ Ariſtoteles
ſed vnum tm̄ elementū inueniemus. ait enim: Elementū eſt ex quo aliquid Elementum.
cōponit̄ primo in exiſtēte indiuiſibili ſpecie in aliā ſpeciē: tale aūt q̄d aliud

eſt/niſi prima omniū materia:que cū non ſit ex ſpecie/hoc eſt forma: in ſpeciem.i.formā diuidi neſcit. Cetere definitionis partes lib.1.ca.de materia enodate ſunt.

Elemēta quattuor ſunt.

Extento aūt vocabulo quattuor ſunt que elementa vocant: ignis/aer/aqua et terra:quoꝝ quodlibet in materiā et ſpeciem ſiue formā reſolui poteſt. Sunt enim eadem principia reſolutionis et cōpoſitionis. Horum in vniuerſo ordinē/diſtinctionē naturaſq; lib.7.cum de aſtronomia nobis ſermo eſſet/explanauimus. Hic autem ipſa in qualitatibus primis et ſecundis et communicare et et differre noſſe operepreciū eſt.

Qualitates prime q̄ttuor.

## De q̄litatibus primis et ſecūdis. Ca.iij. Di.

Qualitates prime que ſunt? Mag. In genere tangibiliū (de q̄bus ad preſens ſermo eſt) ſunt calidum/frigidū/humidum et ſiccū. Harum prime actiue/relique vero paſſiue dicunt:eo ꝙ iſte maioris actiuitatis et reſiſtentie minoris:ille aūt econtrario actiuitatis minoris et reſiſtentie ſunt maioris. Omnes tū ſuo modo et agūt et patiunt. Di. Si habes harum deſcriptiones addas.

Calidum

Mag. Calidum eſt quod homogenia.i. entia eiuſdem nature congregat:et etherogenia.i. diuerſarū naturarū entia ſegregat. Vñ ſi pugillus minere auri igni tradat/actione caloris auri partes confluunt:⁊ ab his cupri portiones ſeparant. Huius eſt materiā ad generationē mouere.

Frigidum.

Frigidum homogenia etherogenijs conglutinat. vñ hyemali tp̄e lapidem/terrā/aquam/lignūue in vnum congelata conſpicis. Huius eſt materiam motam in ſuis perfectionibus ſiſtere.

Humidum.

Humidum termino proprio male alieno aūt bene terminatur. vñ aqua in terminis ſuis non quieſcit: ſed donec continentis latera contingat fluit:et his ex omni parte coniūgitur. Hoc in aere etſi ſit verius/non tū manifeſtius. Huius eſt formarum figurarūq; impreſſiones facile recipere.

Siccum

Siccum termino proprio bene claudit/ alieno aūt male terminatur. vnde lapis aut terra in ſuis terminis ſtabilit:continentis autem lateribus nō omni parte coniungitur. Huius eſt formarū configurationes conſeruare. Diſ. Qualitates ſecunde que ſunt? Mag. Que a predictis generationis originē accipiunt. quaꝝ decē annumerabimus:ad quas ſi q̄ alie ſunt reduci poſſunt.

Qualitates ſecunde decē.

Sunt aūt he lubricū/aridū/groſſum/ſubtile/ durū/molle/aſperū/lene/graue/et leue. Diſ. Num et colores q̄litates ſunt? Ma. Colores/ſoni/ſapores/odores/⁊ cetere q̄bus in cathegorijs determinatum eſt/qualitates quidem ſunt:ſed de genere tangibiliū non ſunt.

## De qualitatibus elementorū et eorum tranſmutationibus. Capitulum. IIII. Diſ.

Nunc quas noſſe oportet elementorū in qualitatibus conuenientias et differentias edicito. Magiſter. Vnumquodq; elementorum ex primis qualitatibus duas continet:quarum primā ſibi in ſummo (per naturam poſſibilem) determinat. Vñ ignis calidus eſt et ſiccus: aer humidus et calidus:aqua frigida et humida:terra ſicca et frigida. Et inter hec ignis calidior:aer humidior:aqua frigidior:et terra comprobat ſiccior.

Ambroſi⁹. in hexa.li.3.c.4.

Et rurſus ignis in calore aeri:in ſiccitate vero terre ſymboliſat.i. conuenit: in vtraq; aūt aque opponitur. Aer in calore igni/in humiditate aque cōgruit: et in vtraq; a terra ſecernit. Aqua in humiditate aeri/in frigore terre copu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latur. in vtraqꝫ vero igni diſiungit̄. Terra in frigore aque/ in ſiccitate igni ſi-
mulatur: in vtraqꝫ aeri contraria reperit̄. Diſcipulus. Symbola itaqꝫ ſunt
ignis et aer in caliditate: ignis et terra in ſiccitate: aer ⁊ aq̄ in humore: aqua
et terra in frigore. non ſymboliſantia vero ſunt ignis et aqua/ aer et terra.
Magiſter. Scite concludis. In his autem transmutatiōis ordo talis eſt. In
ſymbolis quidem tranſitus fit facilior: in non ſymbolis autem difficilior. et
hoc tunc verum eſt dum reſiſtentiam attendimus. In his enim vna qualita-
tum: in illis autem ambe reſiſtunt. Si autem actiuitatem conſiderabimus:
vtrobiqꝫ eiuſdem facilitatis tranſitū inueniemus. nam in ſymbolis vna tm̄
qualitatum agit: ſic et vna ſolum reſiſtit. In non ſymbolis vero et due agūt/
et due reſiſtunt: vt ignis ſiccitate agit in aerē. et aer humiditate reſiſtit: ignis
caliditate et ſiccitate agit in aquam: et aqua frigore et humore obſtat. Qua-
litatum vero alterationes/ et formarum ſubſtantialium generationis ordinē
in ſuperioribus tetigimus. Ratione autem ſecūdarum qualitatum/ que ſunt
groſſum et ſubtile/ hoc intereſt. vt ex vno pugillo elementi groſſioris decem
generentur pugilli elementi proxime ſubtilioris. vnde fit vt ex vno pugillo
terre generent̄ decem pugilli aque: et ex vno aque decē aeris: et ex vno aque
decem aeris: et ex vno aeris decem ignis. Sic ex vno pugillo terre centum ae
ris/ et mille ignis generantur. nec tamē de materia plus ſub vno pugillo ter-
re ꝙ ſub decem aque/ centum aeris aut mille ignis continetur. vnde ſi elemē
ta de materia eque participant: et dicto ordine in raro et denſo ſe excedunt:
ſpheram terre a ſphera aque in decupla/ a ſphera aeris in centupla/ a ſphe-
ra autem ignis in millecupla quantitate ſuperari neceſſe eſt. Hac via/ adiun
ctis his que libro ſeptimo de orbium celeſtium diſtantia poſita ſunt/ totius
machine mundi mirabilem quantitatem imaginabimur. Nam vt ait diuus
Auguſtinus libro vndecimo de ciuitate cap. 4. Viſibilium omnium maxim⁹
eſt mundus: inuiſibilium deus. Et libro duodecimo: Maximum mirabilium
eſt mundus. Diſcipulus. Facile his aſſentio. Sed quo pacto aerē aqua hu-
midiorem accipiendum ſit/ nondum video. aqua equidem ſicca humectat et
ignem extinguit. Aer vero et humida exiccat et humida conſeruat. Magi
ſter. Hec ita eſſe non eſt qui heſitet. ſed ſunt qui cauſas querunt. Qꝫ enim hu-
mida in aere exiccari conſpicimus: non ab aere/ ſed vento (qui eſt exhaltatio
calida et ſicca) et ſtellarum luce euenit. aer autem ab his ſeiunctus humectat
et plus quidem intrinſecus ꝙ aqua: propter ſui penetrabilitatem. Aqua au-
tem magis extrinſecus humectat: propter denſitatem. virtus enim vnita for
tior eſt. Unde ſi decem pugilli aeris in quantitatem vni⁹ pugilli aque rēda-
cte per condenſationē fuerint: magis humectabunt/ ꝙ aque pugillus: et ignē
extinguerent: quem iam propter raritatem conſeruant. Eſt tamen preter hec
in aere vnctuoſitas ignis paſcitiua. Diſci. Sic fortaſſe calor ignis in ſphe
ra ſua corpus ſi quod aſcenderet facile non exureret. Sed hec miſſa facien-
tes/ ad mixta ſermonem vertamus.

Elemēta ſym bola/ non ſym bola

Elementorū tranſmutatio

Elementorū proportio in qualitate

Auguſtinus

Quō aer eſt humidior ꝙ aqua.

## De mixti productione. Cap. V. Mag.

Sicut vnum elementū in aliud tranſmutatur: ſi id quod agit paſſum
in ſubſtantia et virtute multum excedat: ſic ex concurſu multorum
elementorum mutua ſeſe actione alterantium mixtum generatur:

in quo elementorū et qualitatibus et formis ſubſtantialibus deficientibus/
materie confluunt:et mixtionis formā ſubſtantialem cū ſuis qualitatibus re
Forma mixti cipiunt. Eſt autem hec forma elementorum formis actualior atq; perfectior/
formarum elementarium perfectiones in ſe complicans:quam et qualitates
qualitatibus elementorum ꝯſimiles/ſed et perfectiores ꝯſequunt. per quas
Mixtionis de etiā actiones ſimiles actionibus elementorū ꝓducit. Ex his mixtionis defi-
finitio. nitio manifeſta eſt/cum dicit:Mixtio eſt miſcibiliū alteratorꝫ vnio. Patet
In mixto quō amplius elementa in mixto nō permanere formaliter:nec ineſſe intenſo/ nec
ſint elementa. remiſſo:ſed virtualiter ad ſenſum datū. Similiter et materialiter manet: cū
Qualitates materia mixti ex materijs elementorū ſit aggregata. Animaduertendū aūt
virtuales. preter qualitates actuales in mixto/alias quas virtuales dicūt reperiri: nō
aūt in elementis. vñ piper virtualiter eſt calidum:et plumbū frigidum. He
qualitates ſecunde/qualitates ꝓprias mixti/ aut verius ipſas formas ſub-
ſtantiales mixtorū ꝯſequunt:et (vt aiunt q̄dam)ab influentijs celeſtibus ſe
creta actione innaſcunt. Hinc herbas/gēmas precioſas:ſimiliter et metalla
Hermes principalioribꝰ ſtellis fixis et erraticis Hermes trimegiſtes aſcripſit. Has
Raymundus. etiā Raymundus Lulij in lapidario ſuo excipere in prediſpoſitas materias
edocet. Sunt etiā qui oīm terrenaſcentiū ſpeciales celi ſtellas eſſe volūt. Eni
Job. xxxviij. ꝙ in Job legitur: Nunquid noſti ordinem celi:et pones rationes eius in ter-
ra? Que vtiq; ꝯcedi pñt iuxta ea que li. 7. de aſtrologia diſputata ſunt. Di.
Mixtū nō ge Herbis gēmiſq; occultas ineſſe virtutes vulgatū eſt ꝓuerbiū. ſed dic queſo
neraē ex ele- ſi ex vno elemento mixtū generari poſſit. Mag. Nequaq̄:ſi dicta ſane intel
mento. lexeris. Accedit ad hoc quod ait philoſophus: Mixta ex eiſdem nutriri ex q̄
26.q.5.nec mi bus contingit ea generari. omnia aūt elementis non vno tm̄/ſed pluribꝰ pa-
rum ſci manifeſtū eſt. Diſ. Cur dicis manifeſtum:cujus ad ſenſum patet oppoſi
Ariſtoteles tum in piſce: qui in ſolo viuit et nutriē elemento aque? Mag. Que apud nos
eſt aqua/elementū non eſt:ſed mixtū. nam et in diſtillatione ab eo terreſtrei-
tas facile ſeparaē. cui et vnctuoſitas quedā aerea admixta conſpicitē. et eidē
Gen. 1. ignis quiddā ineſſe haud ambigiē. pars aūt aque predominaē. Ideo ſcriptu-
ra ſacra piſces de aqua ꝓductos cōmemorat dicens: Producant aque repti-




Augu. lib. 22.
de ciui. dei. le anime viuentis. Salamandra quoq; etſi in igne viuere poſſit: vt recitat
Plinius. Auguſtinꝰ de ciuitate dei. ab igne tñ non paſciē:ſed vt quibuſdam viſum eſt/
de rore celi/aut imbre nutriē. Et vt Plinius teſtaē lib. 10. ſpeculi naturalis/
aīal eſt lacerte figura:ignē tactū vt glacies extinguit. De plātis aūt q̄ ſine
ꝑacēte ſemine ex nuda terra pullulare cernimꝰ/poſt hac latiꝰ ꝓquirendū.

## De diſtinctione mixtoꝝ ⁊ mixtis prime ⁊ ſecūde cōpoſitionis. Ca. VI Magiſter.

ET ſi omniū mixtorū principia vniuerſalia ⁊ remotiora eadē ſint: illis tñ alia ⁊ alia ꝓportione cōcurrētibꝰ diuerſa mixta efficiunt: q̄rū etiā nōnulla / alijs mixtis ꝑfectioribꝰ cauſe ꝓpinquiores exiſtunt: Et vt clarius que dicēda ſunt capias: mixtoꝝ diuerſitatē ſex generibꝰ enodabimus. Primū autē ea que p̄me cōpoſitionis cenſent. Diſci. Que ſunt hec? Magi. Vapores ⁊ exhalatiōes virtute ſolis ⁊ alioꝝ aſtroꝝ ex terra ⁊ aqua alijſue corporibus reſolute: quas tñ nōnulli phoꝝ quintū elementū / mediū inter aerē ⁊ aquā opinati ſunt. In eo hec duo differūt. nam vapor calidus eſt ⁊ humidus. vt eſt fumus tp̄e pluuiali de montis vertice aſcendens. Exhalatio aūt calida eſt ⁊ ſicca: vnctuoſa tñ humiditate nōnunq̄ imbuta: vt eſt vētus in ventre aīalis generatꝰ. Rurſus aūt ſi iſta alterata fuerint / multorū ⁊ in aere ⁊ terra apparētiū cauſe erūt. Diſci. Quot? Magi. Impreſſionū ignitarū / aquoſarū / ⁊ medio modo ſe habentiū. Ignitarū quidē: vt ſunt ignis ꝑpendicularis: candela accēſa: lancea ardēs: ſcintille euolātes: a ſubaſcendēs: a ſubdeſcendēs: capre ſaltātes: ſtelle cadētes: ignis p̄cedens: draco volans: ⁊ que ſunt huiuſcemodi nature. Aquoſarū aūt / vt ſunt grando / grandule / nix / pluuia / pruina / ros / fontes / ⁊ flumina. Medio modo ſe habere vident / ventus ⁊ terremotus. Hec omnia (ſi vapores ⁊ exhalatiōes genus p̄me cōpoſitiōis cōſtituūt) in genere ſecūde cōpoſitionis locabimus: nam de horum ordine ⁊ generationis modo potius q̄ de eſſentiali diſtinctione tractabimus.

Mixta prime cōpoſitionis

Vapor

Exhalatio

Impreſſionū diſcretio.

## De materia efficiente et locis impreſſionū ignitarum Capitulū VII Diſci.

DE ignitis igitur primū te abſoluas. Magiſter. Ignitarū impreſſionū materia eſt exhalatio: cauſa effectiua calor inflāmans. locus aūt regio aeris. quā tribus interſticijs diuiſam accepimus: que ſūt ſupremū / mediū ⁊ infimū. Diſci. Supremū qd̄ dicis? Magi. Illam aeris partē que igni eſt vicina ⁊ cōtigua: tranquilla: ab igne ⁊ ſtellis: calida / pura / rara / ⁊ lucida ad motum ignis (vnde ⁊ magis caleſit) circūducta. ⁊ hec pars aeris eſtus dici ſolet. ibi nec venti: nec pluuia: vt experiētia docuit eos qui in altiſſimis montibus pulueri characteres inſcripſerūt: ac eoſdē reuoluto anno illeſos venerūt. Diſci. Mediū aeris interſticiū qd̄ eſt? Magi. Aeris ps a regione ignis ſemota: nec terre proxima: frigida / tenebroſa / tempeſtuoſa / ac demonū ſiue aerīū poteſtatū habitatio caliginoſa. vti libro ſeptimo dictū eſt. Eſt aūt frigida: quia ab igne remota: ⁊ ſtellarum radij a ſuꝑficie terre reflexi ad eā nō ꝑtingūt. hinc etiā obſcura eſt ⁊ turbida. Diſci. Infimū qd̄ dicis? Magi. Aeris partē ſuꝑficiei aque ⁊ terre contiguā: a radijs reflexis calidā ⁊ illuminatā. Hoc tñ diuerſis anni tēporibus nō eodem modo cōtingit. Nam ſol in ſignis ſeptētrionalibus terras noſtras directius reſpicit: radij ad angulos minores reflectuntur: hinc ⁊ calor fortificatur vt nōnunq̄ exhalationes conſumat. Sole autem meridionalia ſigna perluſtrante oppoſitum accidit: ⁊ quādoq̄ frigus cōſtrictiuū fit / qd̄ terre poros ne quid exhalare poſſit conſtringit. In vere autem ⁊ autumno dum ſol equinoctio appropiat hec tem

Interſticia aeris tria.

Supremū.

Eſtus

Medium

Infimum




perate ſe habēt: ideo tūc ignite impreſſiones magis generari poſ-
ſunt modo quo ſequitur.

## De generatione impreſſionū igni
## tarū. Capitulū. VIII Magi.

Cum itaqꝫ virtute ſolis ⁊ aliorū aſtroꝝ a terra alijſve ter-
reſtribus corporibus eleuata fuerit exhalatio: ſi quidē in
calore abūdauerit: ad ſupremū vſqꝫ aeris interſticiū aſcē-
dit. Huius (ſi in ſubtilitate equalis fuerit) pars groſſa ⁊ multa in-
ferius cōglobata/ſubtilior aūt in modū candele eleuata conſiſtit:
⁊ accenſa ad inſtar ꝑpēdiculi quo lapicide vtunt apparet: ⁊ ignis
perpēdicularis noiat. Si vero pars groſſa pauca ſit: dicto modo
impreſſio generat: quā lanceā ardentē/ob ſimilē figurā dicimus.
Exhalatio aūt ad hanc aeris regionem eleuata ſi eque ſubtilis in
omnibus partib⁹ fuerit: ſed rara pars poſt partū inflāmat ⁊ euo-
lat ad modū ſcintillarū a fornace euolantiū: vnde ⁊ nomē accipiūt.

Si vͦo huiuſce exhalatio multū cōpacta ⁊ equaliter extēſa inflā-
mat: impſſio fit quā candelā accenſam dicūt. nam ⁊ ſi eiuſdē longi-
tudinis ſit cuius ⁊ altitudinis: ob nimiam tñ diſtantiā oblonga ad
inſtar candele apparet. Si autē talis exhalatio ob materie pauci-
tatē equaliter extendi nō poſſit/inflāmata ſurſum tendit: ⁊ genera-
li noīe a ſubaſcendēs noiat. He ſunt que in ſupmo aeris interſticio
impſſiones generant: mediū ꝑcurramus. Nā ſi exhalatio medio-
criter calida fuerit: mediā aeris regionē nō tranſgredit: ſed in ea-
dem ſubſiſtens ꝑ frigus circūſtans fortificat: ⁊ accenſa fit impſſio
que a ſubdeſcendēs appellat. inflāmata eñ deſcendere videt: qm̄
a nube frigida deijcit: nōnunꝗ etiam in deſcenſu a nubibus frigi-
dis extinguit: quandoqꝫ donec vnā pertranſeat ocultat: rurſumqꝫ
apparet. Ad inferius aeris interſticium deſcēdamus. Exhalatio
enim debiliter calida/in aere qui circa terrā eſt ſubſiſtit. que ſi mul-
ta fuerit ⁊ diſperſa/per frigus nocturnum circūſtans impellitur:
⁊ ſe fortificando inflāmatur: ⁊ pars inflāmata ſurſum ſalit. vnde
⁊ capra ſaltans dicit: apparet eñ ac ſi ſtuppa accenſa per cannam
ſufflaretur. Si autē exhalatio hic continua ſit ⁊ non multa: accen-
ſa ad inſtar ſtelle decidit ⁊ quādoqꝫ poſt ſe veſtigiū relinquit. Si
vero multa ſit ⁊ bene compacta/accenſa in aere ſtat: ⁊ hominem
tranſeuntem/aeraqꝫ impellentem aut ſequitur aut precedit. Hec
autem ignis fatuus dicitur: ⁊ frequentius circa patibula/cemite-
ria: aut coquinas vbi viſcoſitas multa eſt videtur. Si vero exhala-
tio multa fuerit et inequalis in ſubtilitate in vtroqꝫ extremo: qd
ſubtilius eſt aſcendit: groſſius autem in medio ſimilitudinem facit
ventris: cuius vnum dictorum extremorum caput aliud cauda iu-
dicatur: ⁊ ſi circa vnum extremorum nubes frigida fuerit: ipſum
ex nubis humore fumat: totaqꝫ hec impreſſio draco volans/ignem
aut fumum ſpirans appellatur. Per hec ſi que alie ignite in aere
conſpiciantur impreſſiones facile diſiudicare poſſunt: nec loca ea-
rundem ita determinaſſe volui: vt alibi generare non poſſint.

Ignite regio nis ſuperio impſſiones

Regiōis igni te medie im preſſiones.

Regiōis igni te infime im preſſiones.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex his etiam que in eodem interſticio fieri habent quedam in ſuprema eius parte: quedam in media / alie in inferiore generatur.

## De materia efficiente loco ⁊ tempore impreſſionum aquoſarum Ca. IX Diſci.

Scitu digniſſima hec ſunt: quibus eorum que vulgo apparent mirabilia rationes naturales aſſignare poſſumus. Ad aquoſas igitur ſermonem vertas. Magiſter. Aquoſarum impreſſionum materia eſt vapor. Cauſa effectiua remota calor ſolis ⁊ aſtrorum: propinqua autem actio qualitatum primarum. Tempus eſt hyems / ſi frigus conſtrictiuum in ea non abundauerit. Locus eſt aeris interſticium medium ⁊ infimum: ſimiliter ⁊ venter terre / in quo cauerne / ⁊ meatus varij ſunt: in quibus incluſi vapores fontium ⁊ fluminum cauſe fiunt: vt infra declarabitur: nunc modum generationis aquoſarum tangamus. Diſcipulus. Probe.



## De Grandine. Capitulū X Magi.

Impſſiones aquoſe in ſpeciali.

Grando

Quam virtute ſolis ⁊ aſtrorū vapor eleuat̄ / ſi calidior fuerit / mediam regionē aeris aſcēdit: nec penetrat: quē circūſtans frigus ꝓpter ſui raritatem penetrat: ⁊ calore expulſo partes eius in aquam vertere ⁊ inſpiſſare incipit. Frigus aūt qm̄ magnū eſt: ꝑtes iam in guttas verſas ⁊ fluētes congelat: ⁊ grandinē magnā vel paruā ſm frigoris ⁊ vaporis diuerſitatē generat. Nonnunꝙ etiam vapor in media aeris regione in guttulas cōuertit̄: que cadentes in infima regione ꝑ antipiſtaſim (eo ꝙ hec regio calida ſit) congelantur: tunc grando angularis ⁊ ex multis guttulis congelata cernitur. Imagines autem / vt hominū aut beſtiarum in grandine ſi quando reperiuntur / ab influentijs ſtellarum cauſate ſunt. Pili autem in eo reperti: in vapo-

Grando angularis.

re eleuant. Que aũt altius generat/angulos p ꝯfricationẽ in deſcẽſu amittit ⁊ rotũda conſpicit. Figura tñ naturalis grãdinis lenticularis eſt eo ꝙ frigus circũſtãs magis ad latera vaporẽ ꝯtrabit ꝙ̃ ſurſum aut deorſũ. Diſci. Cur hec impꝛ̃ſſio in vere frequẽtius ꝙ̃ alijs anni tẽporibꝰ generat. Magi. Quia ver calidũ eſt ⁊ humidũ/generationi ⁊ eleuationi vaporis aptiſſimũ. Eſtas autẽ calida ⁊ ſicca vaporẽ exiccat. Hyems frigida: ſimiliter ⁊ autũnus multo
Vapor tiens ab inferioribus vaporẽ reſolui nõ ſinunt. Eſt eñ vapor materia grandinis multũ calidus: ideo rarus ⁊ a frigore circũſtante citius penetrabilis ⁊ cõuertibilis. vnde etiam fit vt aqua calida hyemis tempore/frigori expoſita citius congeletur ꝙ̃ frigida.



## De Granulis ⁊ Niue. Ca. XI Diſci.

Granula Granula autẽ que in martio ⁊ aprili ſepius cadunt vnde generant? Magi. Ex eadem materia ex qua generat grando/minus tñ calida in mediũ aeris interſticiũ eleuata/in loco tñ baſſiori ꝙ̃ ſit locꝰ grandinis/per frigus in guttulas cõuerſa: que ante earundẽ caſum aut confluxum extrinſecus ad modũ grandinis congelant: intrinſecus autẽ ꝑpter frigoris defectũ molliores ad inſtar niuis permanẽt/⁊ tẽporibus dictis in climatibꝰ ſexto/ſeptimo ⁊ principio octaui cadunt: propter qualitatum cõuenientiam.

Nix Diſci. Nix vero vnde fit? Magi. Ex vapore calido ⁊ humido virtute ſolis ⁊ aſtrorũ ad infimã partem medij interſticij aeris eleuato: quẽ ꝑpter ſui raritatẽ circũſtans frigus ingredit/in aquã reſoluit/⁊ ſimul tẽpore ad modũ lane carpte congelat. Accidit aũt iſtud frequẽtius tẽpore hyemali remiſſo frigore: vnde ⁊ tali aereum humidum qꝺ calidius eſt ⁊ viſcoſum non expellitur ſed niui mollicie ⁊ ouibꝰ alimentũ preſtat. Sepe etiã nix dũ p infimas aeris regionẽ deſcendit/a calore ibidem exiſtente in aquã reſoluit: vnde qꝺ in vallibus pluuia/ſuꝑ montiũ iuga nix eodem tempore cernitur.




## De Pluuia. Capitulū XII Diſci.

Pluuia.

PLuuia aūt quo modo generatur? Magiſter. Cum virtute ſolis ꝛ aſtrorum vapoꝛ calidus/humidus/fumoſus/ꝛ groſſus ad ſupremā partē infimi/aut inferiorē partē medij interſticij aeris eleuat̃:a frigore circūſtante in nubē/ꝛ nubes in aquā reſoluit̃/ꝛ ob grauitatē cadit. Guttatim vero ad terrā vſq̧ puenit. Que ſi cum impetu ceciderit/imber dicitur: gutte autē maiores que nōnunq̄ ſole lucente cadūt:baſſius in aere generant̃.

Imber.

pluuia rubea

Diſcipulus. Unde eſt q̄ aqua pluuialis nōnunq̄ rubea videt̃? Magiſter. Ex aduſta ꝛ ſicca terreſtreitate:que vapoꝛibus tēpoꝛe calidioꝛe pmiſcetur.

Vermes cum pluuia cadentes.

Diſci. Sed vermes in imbre decidentes vnde generantur? Magi. Nonnunq̄ minuti ꝛ impfecti virtute ſolis in vapoꝛibus eleuant̃ ꝛ in nube actione celerioꝛe pficiūt̃:interdū aūt ex materia fecūda ꝛ generationi vermiū apta/eleuata cum vapoꝛe in nube cooperātibus lumine ꝛ caloꝛe celeſti pcreantur.

## De Roꝛe. Capitulū. XIII Diſci.

Ros.

ROꝛis generatio que eſt? Magiſter. Ros generat̃ ex vapoꝛe debiliter calido/groſſo ꝛ humido nō multū a terra in infima aeris parte eleuato:p frigus nocturnū condenſato/ꝛ in aquā reſoluto: vti in ſimili videre eſt in vapoꝛe de vaſe diſtillationis aſcendente:qui in alembico ſuperpoſito in aquā ratione frigoꝛis cōuertit̃. Cadit autē frequētius circa crepuſculū:tūc eñ aeris infima regio eſt frigidioꝛ. Diſci. Unde eſt q̄ nōnunq̄ (vt aiunt) oues irroꝛatis herbis paſte moꝛiunt̃. Magiſter. Cum vapoꝛ de humido aereo qd̕ viſcoſum eſt:ꝛ dulce multū habuerit/in roꝛem reſolutus ꝛ herbis adherens/aduentēte ſolis caloꝛe decoquit̃:aquoſitas conſumit̃: reliquū ad modū farine albe aut zuccari in folijs relinquit̃:ꝛ māna dici ſolet:per eaſdem etiā cauſas laudanū in aere generat̃. Oues itaq̧ dulcedinis auide/

Oues de roꝛis dulcedine moꝛiuntur.

Manna

Laudanū

Albertus magnus.4. parte pðie.

plus ꝙ̄ nature cõueniat comedũt. vnde ⁊ fel in ipſis nimis cholera (cuius ille ros fomẽtũ eſt) replet/rũpit: ⁊ effuſa cholera inteſtina rodit ea: vnde ⁊ ouis morit. Nõnunꝙ̄ etiã ex tali rore epar opilatur: ⁊ ſic mors ouibus accidit: horum experientias ſe vidiſſe Albertus magnus teſtatur.

## De Pruina. Capi. XIIII Diſci.

Pruina.

PRuine generatio qualis eſt? Magiſter. Talis ferme qualis ⁊ roris. Diſci. Ferme cur addis? Magi. Nam ad generationẽ pruine requirit frigus intenſius/ꝙ̄ ſit frigus in generatione roris: vt vaporẽ calidũ nõ modo in aquã reſoluat/ſed ⁊ reſolutũ congelet. Huius generatio ad ſenſum patet tp̄e hyemis/veris/aut autũni circa pilos animaliũ: ex vapore calido/de ore aut corporibus eorũdẽ exeunte. Diſci. Apertiſſime et ignitas ⁊ aquoſas imp̄ſſiones deſcripſiſti: ad reliqua ꝓgamus. Magiſter. Siſte pauliſper: nam nondũ omnes que in ſup̄ioribus in aquoſarũ ordine numerate ſunt tranſcurrimus. Diſci. Quas non? Magiſter. Fontes ⁊ flumina. Diſcipulus. Verum quidem: ſed he memorie exciderant.

## De Fontium ⁊ fluminum origine ⁊ perpetuitate. Capitulũ. XV Magiſter.

Locus originis ⁊ emanationis fontis.

VEnter terre vt p̄miſimus/concauitatibus ⁊ meatibus quaſi viſceribus plenus eſt: in quibus (qm̃ vacui eſſe nõ poſſunt) vapores ſunt eleuati a terra: qui cũ in lateribus cauernarũ in aquã reſoluũtur/ guttatim diſtillant: riuulos efficiũt: qui vndiquaq̨ in loco baſſiore confluentes/tandẽ erumpẽtes fontem faciunt. Diſci. Decliuior itaq̨ eſt locus emanationis ꝙ̄ originis. Magiſter. Etiã: naturaliter aũt in valle oppoſita aſcẽdere poſſunt aque fontales ad altitudinẽ loci generationis. Altius autẽ ſi artis inſtrumẽto ſcandũt/violenter fit: ne in natura vacuũ relinquat. ex eadem quippe cauſa nõnunꝙ̄ in iugo mõtis/ fons ſcaturire cernitur: cuius aque per cauernas quaſi per cannalia que arte fiunt in ſublime feruntur. Diſci. Sed vnde eſt ꝙ quoſdã ſemꝑ equa menſura manare/quoſdam vero hyeme creſcere: reliquos autẽ eſtate minui aut penitus deficere conſpicimus? Magiſter.

De ꝑpetuitate et defectu fontium.

Id ex diſpoſitione montis ſeu loci originis ⁊ qualitatũ mutationibus accidit Montes equidẽ ſolidiores quoꝝ cauernas aer exterior facile ingredi nõ põt/ perenniores aquas euomũt Prioribus etenĩ vaporibus in aquam reſolutis: ne ſit vacuum/mox reſoluuntur alij: quibus rurſum in aquã conuerſis ſemꝑ alij ſuccedunt. Montes vero poroſi non continent: ⁊ aerem exteriorẽ (maxime autẽ eſtatis tempore) exiccatũ recipiũt cum calore exiccãte: vt nec vapores nec frigus conuertens retineant: accidit ad hec actio influẽtie exiccatiue: que nũc in illo/ poſt hac in alio predominat loco/ex rotatione celorum. vnde etiam paludes in terram fertilem conuertunt. hyemis etiam tempore cũ pluuie multe ſunt accidentaliter hi fontes augentur. Diſcipulus. Sed calor in hyeme ⁊ frigus in eſtate fonti vnde eueniunt: cum potius contrarium accidere deberet? Magiſter. Cauſa huius ex fortificatione frigoris cauernarũ terre accipitur. Hyemis equidẽ tp̄e cum per exterius frigus pori terre conſtricti ſunt: exhalationes calide exitum non inuenientes/clauſi reſiſtunt: ⁊ vapores ſimul ⁊ reſolutas aquas calefaciũt: in quaꝝ egreſſu ⁊ exhalare vident. In eſtate vero pori aperiũtur ⁊ exhalationes reſpirare poſſunt. Frigus aũt

Fontes fiunt frigidiores in eſtate: et calidiores in hyeme.

cauernarum propter exteriorem caliditatem per antipariſtaſim fortificatum fontales aquas infrigidat. Eadem cauſa etiam celaria eſtate frigeſcūt ⁊ hyeme caleſiunt. Diſcipulus. Aſſentio: ſed dic queſo vnde thermis tanta caliditas: ⁊ fontibus tanta diuerſitas in colore/ſapore/ ⁊ variis effectibus innaſcitur?



Magiſter. Therme caleſiunt/quia circa mineras ſulphureas ⁊ accenſas fluunt. Fontiū aūt diuerſitas eſt/ex varia primarum qualitatū ꝑmixtione influentiarū concurſu: minerarum quoqꝫ ⁊ terrarum per quas tranſeunt diuerſitate. Eorum vero que mirabiliora videntur rationē particularē reddere difficillimū. Eſt enī vt recitat Aurelius Auguſtinus libro.21.de cinitate dei fons apud Garamātes in die tam frigidus vt bibi non poſſit: in nocte autem tante caliditatis vt tangi nequeat. Eſt ⁊ alius in Epyro qui accenſam facem extinguit: extinctā autē accēdit: horū ratio vt aiunt vis eſt nature: aut potius voluntas dei. Diſcipulus. Hec igitur tranſeamus: quos autē pro vſu noſtro meliores eſtimas edicito. Magiſter. Meliores ſunt (vt phyſici aſtruunt) leuiores in pondere/puriores in ſubſtantia: non ſtantes/ſed continuo ſuper luto puro ad orientem profluentes. Diſcipulus. Ecce in fontium naturas digreſſi/cauſas fluminum tranſiuimus. Magiſter. Fluminum cauſe eedem ſunt que ⁊ fontium. Flumen equidem fontium concurſus eſt. vt vnde ex fontibus Jor et Dan qui ſunt ad radices Libani/fluuius Jordanis e quibus et nomen habet efficitur. Idem de fluminibus terre noſtre in promptu eſt videre. Diſcipulus. Probe. Sed quorſum flumina iugiter labentia perueniunt? Magiſter. Omnia liberioris aque maris ſcilicet ſinus intrant: vt ait Sapiens. Diſcipulus. Mare igitur ex his auctum terminos proprios tranſgreditur: contra id pſalmigraphi: Terminū poſuiſti quē non tranſgredientur neqꝫ conuertētur operire terram. Et dominus ad Job.

Unde fontiū diuerſitas.

Aug⁹. de ciui. dei. c. 5.

Idem. c. 6.

Fontes meliores.

Generatio fluminum

Eccl. j.

Pſ̄. ciij.

Job.18. Quis concluſit oſtijs mare? Et infra. Circũdedi illud terminis meis/ ⁊ po-
ſui vectẽ ⁊ oſtia/ ⁊ dixi: vſqꝫ huc venies ⁊ nõ ꝓcedes ampliꝰ ⁊ hic ꝯſtringes tu
Prouer.8. mẽtes fluctus tuos. Et in ꝓuerbijs: Cum certa lege ⁊ gyro vallabat abyſſos.
Hiere.5.e Et in Hieremia legit: Qui poſui arenã terminũ mari. Magi. Propter hec
quidã flumina aliqua ꝑ occultos terre meatꝰ a mari exire/ rurſus in alia par-
te illabi affirmãt. Nonulli vero mare fluminibꝰ auctũ rurſus cõtinuo ſolis
⁊ aliorũ aſtrorum feruore per eleuationẽ vaporum minui aſſerunt. Et vtrũqꝫ
Eccl.1. ſuſtinere põt. Ait enĩ ſcriptura: Omnia flumina intrant in mare: ⁊ mare non
redundat: ad locũ vnde exeunt flumina reuertunt: vt iterũ fluant. Que autẽ
per te adducunt ſcripture: teſtant diuine id eſſe opationis/ nõ nature: qđ ma-
xime in eo apparet/ ꝙ fluctus vndoſi maris tanꝗ montes aquarũ inſurgen-
tes impetũ ſuũ ad littus illudunt ⁊ conſtitutos terminos cuſtodiunt.

## De maris ſalſedine: fluxu et refluxu. Capitulum. XVI

**Diſcipulus**

Maris ſalſedo. Quia ad mare ſermo noſter defluxitꝰ: cauſas ſalſedinis/ quotidiani fluxus ⁊ refluxus eiuſdẽ/ ſi in prompto ſunt pandas. **Magiſter.** Salſedinẽ maris ꝓuenire ex ꝑmixtione ſicci terreſtris aduſti vir-
tute ſolis eleuati atqꝫ vaporibus humidis mari incidentibus ꝑmixtioni: vul-
gatũ eſt: ex ſimili equidẽ cauſa aqua per cineres colata amara fit. Accedit ad
hoc ꝙ ardor ſolis dulciores leuioreſqꝫ aquas cõtinuo eleuat terreſtreitatibus
relictis: hec equidem ſeparata debite aquas maris dulces relinquit: ſicut no-
Mare fit dulce. uerunt qui per vas cereum clauſum miſſum in mari aquam dulcem per poros
inſtillantem recipiunt. Flumina quoqꝫ ſi que de mari egrediuntur/ per are-



nam ⁊ terram collata: non amara/ ſed dulcia ad nos perueniunt: ⁊ dulcia con-
tinuo reintrantia reſiſtunt/ ne mare ſemꝑ amarius ⁊ magis ſalſum fiat: Sunt
tamen qui ipſum a primordio amarum creatum aſſerunt. **Diſcipulus.** De

fluxu aūt et refluxu maris q̃ eodē die (vt aiunt) bis aut quater fieri ſolet: q̄d
affers? Mag. Huius cauſa ad lunā humidoꝝ dominatricē referenda eſt. ad
ipſius eq̄dem crementū et decrementū humores pene vniuerſoꝝ mutari cer
tum eſt. Cū luna ſub ſole currente (qd̄ in nouilunio euenit) lumē vtriuſq; im-
peditū aerem ſubtiliare non pōt: q̃ ingroſſatus in aquā vertit̄: fitq; maris cre
mentū in ſubſtātia. qd̄ effluxus neceſſario comitat̄. Luna vero in oppoſito
ſolis ꝯſiſtente qd̄ in plenilunio ꝯtingit / totū lumen ſuum inferioribus tranſ-
mittit: nec ſolis lumen quo minus maria reſpiciat ꝓhibet. Hinc aqua maris
que ob ſui groſſiciē vapores ꝯtinet rare fit / aſcēdit et effluit ad inſtar lactis
calefacti. Eſt aūt hoc crementū non in ſubſtantia / ſed accidente per rarefa-
ctionē. In quartis aūt interpoſitis nunc creſcit et nunc diminuit̄ / ex cauſis ſi
milibus. vñ in prima quarta lunationis decreſcit mare in ſubſtantia. in ſecun
da augmentat̄ accidentaliter rarefactionis via. In tertia rarefactio decre-
ſcit: ꝓpter luminis decrementū. in quarta qua iam ſoli appropinquat / rurſus
ſubſtantia maris auget̄ per aeris inſpiſſationē. Quantū aūt ad quartas diei
naturalis / mare lune motū imitatur. Dum enim luna ſuper horizonta verſus
celi mediū aſcēdit: creſcit et fluit mare. luna vero a medio celi ad occaſum de
clināte / decreſcit mare et refluit. Rurſus luna ab occaſu v̄ſus angulū noctis
ꝓgrediēte / mare creſcit et fluit. ipſa aūt ab angulo noctis v̄ſus orientē aſcen
dente / decreſcit et refluit. Diſ. Si fluxus maris motū et lumē lune imitat̄:
maria ſupra horizontē a q̄ intumeſcūt et fluūt / luna ſub horizonte gradiente.
Mag. Sequunt̄ motum ipſius lune concurrente lumine a ſtellis et parte celi
oppoſitis reflexo. ea aūt ſupra horizonta morante idem fit lumine directo et
modo fortiori. virtutes eñ reflexe debiliores ſunt virtutibus directis. q: ab
origine ſunt magis elongate. Diſ. Ex hoc ergo ratio patet: cur nunc fluxus
diurni / nocturnis ſunt fortiores: nunc debiliores: et econtrario. Mag. Nō
tm̄ ex iam dicto huius cauſa ſumi pōt / cum reflexū lunare lumen tanti vigo-
ris non ſit: ſed ex predictis de cremento ſubſtantiali et accidentali: inſuper et
ex diſtantia / aut ꝓpinquitate maiore. Cū luna exiſtente in auge ecentrici et
epicicli / fluxus debiliores ſunt: eo q̄ tūc maxime ſit elongata a terra. In op
poſitis vero partibus terre maxime eſt propinqua: ideo tunc fluxus fiūt for
tiores. Similiter ſi luna in circulo meridiano ipſi zenith fuerit magis ꝓpin-
qua. Cooperant̄ ad hoc ſtelle fixe: quibus luna coniungit̄. ſimiliter et plane-
tarum concurſus. et mora ſuper horizonta. Cū ſi talium plures cauſe cote-
rint / nonnunq̄ diluuiū particulare efficiunt. Sic et nōnulli diluuij generalis
cauſas aſſignare conati / plurimoꝝ planetarū ꝯcurſum in Cancro calculatio
nibus ſe inueniſſe dixerunt. At vero illud ſine ratione: cū huiuſcemodi ꝯſtel-
lationē ducentis et amplius annis diluuiū preceſſiſſe compertū ſit. Diſ. Un
de aūt eſt cū dicte cauſe non tm̄ mare / ſed etiā cetera flumina reſpiciāt: ea tñ
intumeſcere nō faciunt? Mag. Preter dictas cauſas accedit etiam aquaꝝ
diſpoſitio: que eſt ſpiſſitudo / ſalſedo / et in vno loco ſtatꝰ tp̄e longo. Per ſpiſ
ſitudinē aqua ſpiritus conceptos fortiter retinet: et in ſpumā vertitur. a ſal-
ſedine generalem habet calorē. et a ſtatu in vno loco multorū per ſolem reci
pit ſpirituū generationem. Hec quia nō in oībus maribus eque fortia ſunt /
nec in fluminibus dulcibus reperiunt̄: ideo fluxus et refluxus in maribꝰ non
eſt equalis: et in fluminibus aut nullus / aut ita modicus vt percipi facile nō
poſſit. Sic et mare mortuū propter nimiā eius groſſiciem a lune influentijs

Fluxus et re-
fluxus maris.
Macrobius

Diluuiū par-
ticulare.

Alberthus
Plini⁹

moueri non pōt. dicit Alberthus. Horizon aūt quia vbicūqꝫ locoꝝ variaꝫ ac
ceſſus et receſſus/in maribus variari neceſſe eſt. Sunt aūt qui motibus ocea
ni alias ab his que poſite ſunt rationes afferunt. Aiunt em̄ in mari abyſſum
ꝓfundiſſimā: de qua rupti ſunt fontes abyſſi ꝛc. Iuxta quā et cauerne nō par
ue: in q̄bus de ſpiramine aquarū venti concipiunꝫ: qui aquas maris per pa-
